

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Passio 1
cum fonte primo

Noli tantum amittere beneficium, o
homo, propterea Christus dominationi
mortis se subdidit ut te iugo
dominationis erueret. Ille suscepit mortis
seruitutem ut tibi tribueret uite eterne
libertatem.

Ambrosius super Beati immaculati.

noli tantum amittere beneficium, o
homo, propter te Christus dominationi
mortis se subdidit, ut te iugo
dominationis exueret. ille suscepit mortis
seruitutem, ut tibi tribueret uitae aeternae
libertatem.

Ambrosius Mediolanensis, *Expositio Psalmi 118*, 8, 42 (CSEL 62, M.
Petschenig ed., p.420, ll.4-7).